



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Fundamentum Euangelii est firma & solida cognitio Euangelii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

LIBER PRIMUS. 113

διημισύνης, ut, quod thorax fuit,
 ipsis esset iustitia, quam induerent
 ut lorica. Sequi debebat *ἔπιπο-*
δησάμενοι κνημίδας τῆς εὐαγγελίας τῆς
εἰρήνης. Et ita Chrysothomus
κνημίδας dicit. Sed eleganter sub-
 jicit Apostolus, *ἔπιποδησάμενοι τὰς*
ποδῶς ἐν ἔθιμασίᾳ τῆς εὐαγγελίας τῆς
εἰρήνης, *ἔπι* calceati pedes fundamento
 Evangelii pacis, in quo nempe tuto
 possint consistere. Quomodo sub-
 jungit *θεσθὸν τῆς πίστεως, ἀνεκεφαλalaian*
τῆς σωτηρίας, & μάχαιραν τῆς πνεύματος.
Ἐθιμασία εὐαγγελίας τῆς εἰρήνης funda-
 mentum Evangelii pacis, est firma
 atque solida cognitio Evangelii.
 Nemo id melius vidit quam vir
 optimus & doctissimus Theodorus
 Beza. Itaque sicut *κνημίδας* milites Beza ad
h. l.
Græci, caligas Latini milites gere-
 bant, ita ad ineundum praelium, *ἔπι*
 vite istius cursum inter medios hostes
 tenendum, vult Apostolus ut Evan-
 gelii pacis cognitione firmi preparati.
 Recte Evangelii pacis cognitione dixit
 vir eximius: Id enim omnino est
ἔθιμασία εὐαγγελίου, fundamentum
 Evangelii, quo eos calceari voluit
 Apostolus, firma nempe atque
 solida cognitio Evangelii, cui tuto
 in-

insistere atque niti potest homo Christianus. Illud sane quam maxime requiritur ut homo Christianus solida cognitione Evangelii sit instructus, cui tuto insistat ne vacillet. Necessè enim est munitum atque confirmatum esse cognitione doctrinæ, & habere fundamentum. Hoc enim qui caret, omni quasi vento impelli potest, neque ἀντιστῆναι valet ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πονηρίας, aut ἅπαντα κενερασάμενος ἕσθαι. Qui vero habet est πεθεμελιώμενος ἔδραϊος ἔ μὴ μετακινώμενος ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τῆς εὐαγγελίου, fundatus ἔ firmus, ἔ non dimotus à spe Evangelii, quod Colossenses monet.

Coloss.
1. 23.

IX. Licet vero non intellexisse videantur interpretes quid sit εἰρημασία τῆς εὐαγγελίου, tamen optime explicarunt quare Evangelium vocetur εὐαγγέλιον τῆς εἰρήνης: Quia nempe annunciat, quomodo pax facta sit per Christum inter Deum & homines, ita ut non tantum inimicitia, quæ olim fuit, cum Deus gentes à se abalienaverat, sublata sit Sanguine Christi, qui ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, ἔ τοῖς ἐγγύς, & Deum non tantum

Ephes.
2. 17.

Ἰη.